1

GVIDO CAVALCANTES.

Iſte caualcantum præclara, eſt gloria ſtirpis
guido, quam adornauit multa mineruia uirum.
Hunc quoq; cum reliquis duxit florentia florem,
artibus ingenuis florida, et ingenuis.

2

DANTES.

Talis eram, dantes: qui de me plura requiris,
hoc nomen longi carminis inſtar habe.

DANTE.

Io ſon quel dante che uolete anchora:
ſemilimio nome ſolo en tutto il mondo
par mia ſcienza et ingegno profondo
piu ch' ogni dode, et ogni rima honora.

3

IOAN, BOCCATIVS.

Tu quoque ſic uultus olim, ſic ora gerebas,
boccati, et quantum potuit manus æmula nobis
Exhibuiſſe tui, tantum hac ſub imagine reddit.
pars tamen illa tui præſtantior, unde tibi omnis
Gloria, lauſq; uenit, nullos delenda per annos.
quàm nitet illa tuis melius depicta libellis.

4

FRAN. PETRARCHA.

Quem tua dextra tenet librum, diuine petrarcha,
effigiem lauræ cur gerit ille tuæ:
An tibi quod peperit, quantum per ſecula longa
laudis ab æterna poſteritate feres:

5

ANGELVS POLITIANVS.

Quem iuxta medicæ poeta gentis
ſpectanti tibi docta monſtrat ora,
Quis, rogas, fuerit: politianus.
ſat eſt, nomen habes, quod eſſe noſti,
Omni carmine, laudibusque maius.

6

MARSILIVS FIGINVS.

Patonis ille interpres, illa inquam plato
ficinus, et ſi paruulo hoc clauſus loco,
Specta ida uix tibi ora, lector, præbeat,
tantus tamen per ora doctorum uolat,
Vix orbe ut uno claudier ſatis queat.

© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=e-1-1-geom-2f-00198